שם רשעים ירקב Nomen improborum putrescat, ex Prov. 10. v. 7. Reperi in libro Kabalæ R. Abraham, fol. 26. col. 4. & in lib. Juchasin fol. 159. de Tzadok & Bajethofe, primis Zaducæorum authoribus, usurpatum. In eadem Kabala Rabbi Abrahami fol. 33. col. 4. legitur: על אילו נאמר זכר צדיק לברכה id est, De illis (justis Israëlitis) dicitur: Memoria justæ benedicta sit. De hereticis verò dicitur; Nomen improborum putrescat.

ש"ש

שם שמים Nomen cœlorum, id est, nomen Dei cœlos inhabitantis. Cum servili, כל מעשיך יהיו לשם Omnia opera tua sint ad (honorem) nominis Dei.  
2. שמואל שולם Nomen proprium Rab-  
bini, de quo vide in אש"ש.

ש"ת

שלמא הנינא Salus secunda. In fine literarum uti solent, quando post conclusionem amplius aliquid adjicitur, quod altera salutis precatione clauditur, ut nos dicimus, Iterum vale.

O 5

ש"מ

tiones omnes juris utriusque continens. Is sic abbreviatè sæpè citari solet.

שע"הול

שחור על הלָבָן זכר להרָבָן Nigrum super albo, memoriale est desolationis, scil. Templi & urbis. Ejus nunquam oblivisci debent, juxta id quod dicitur Psal. 137. v. 5. 6. Inde nigrum orbem aut aliam figuram parietibus albis ædium vel synagogarum appingere solent, cui abbreviaturam istam interdum apponunt.

ש"פ

שֵׁיה פְרוּטָה Pretium æquum pecuniæ. Prutah parvæ monetæ species, unde synedochicè pro Pecunia usurpatur. אֵשׁוּה Æquum, Æquale, quod æquo pretio pecuniæ respondet.

ש"צ

שליח צבור Legatus, Nuncius, Minister cœtus seu synagogæ, qui ad Ecclesiæ vel Scholæ officia expedienda mittitur, אֵדִיטוּס. Cum servilibus, כֶּשֶׁז וּשְׁזָ.

שצ"ם חנ"בל

Vide suprà in litera ה.

ש"ר

שמוח רבא Glossa magna in Exodum. Vide כ"ה.

ש"ם 2.

## תא"ם

משלי / איוב / תהלים / Psalms, Job, Pro-  
verbia. Apud Masorethas; sed communiùs  
transpositis literis vocantur אמ"ת ut suo loco  
dictum.

## ח"ב

תשעה באב Nonus dies mensis Af, id est,  
Julii. Hoc die vehementer lugent, jejunant,  
discalceati incedunt, preces dicunt & sacra  
peragunt, quia Templum secundum hoc ipso  
die vastatum.

## ת"כ כ"ב

תפלה בלא בונה פגוהובלא נשמרה Precatio  
sine intentione, est sicut corpus sine anima.  
Parietibus synagogarum inscribi solet, etsi  
nullibi minus intentionis sit, quàm in ipso-  
rum precibus.

## ת"צ

1. הגוועה גדולה Motio magna, id est,  
Vocalis longa: Gram.
2. תקיעה גדולה Clangor magnus. In Min-  
hagim & ritualibus libris usurpatur, ubi mo-  
dus clangendi in festo novi anni describitur.

## ת"ה

תקומת המתים vel תחיית Resurrectio aut re-  
vificatio mortuorum.  
2. תפלת הדרך Precatio viæ, id est, iter  
facientium.

2. שפא תימא Fortè dices, objicies.
3. שומע תפלה Exaudiens preces. In fine  
precum solent dicere באי ש"ת / quæ vide in  
litera ב.
4. שעת תפלה Hora, tempus precationis,  
ut שואל אדם צרכיו בש"ת Cupiens homo ne-  
cessitati naturæ consulere in tempore pre-  
cum.

## ת

## ת"א

תרגום אחר Targum aliud. Targum, id  
est, Translatio, paraphrasis Chaldaica.  
2. תרגום אונקלוס Targum Onkelosii vel  
Onkeli. Sic accipitur in R. Salom. Exod.  
28. 4. Pro תרגום dicitur & תרגום Transfert,  
interpretatur. Quinque libros Moſis tantum  
hic Author in linguam Chaldaicam tranſtu-  
lit. Fertur fuisse filius sororis Titi Vespasia-  
ni, & ad Judaismum conversus, dictus fuit  
אונקלוס הגר Onkelos profelytus. Ita scribit  
Author libri Juchasin folio 52. sed non satis  
clarum & verum est. Vixit tempore Chri-  
sti, & antea diximus, eum iusta fecisse Rab-  
ban Gamalieli seni, Apostoli Pauli præcepto-  
ri, qui octodecim annis ante vastatam ur-  
bem obiit. An hic Onkelus excidium illud  
viderit, incertum est. Cum servilibus lite-  
ris, שחא / כהא תא"ם

bus suam sapientiam gloriosissimè satis proclamant. Vide supra in litera כ.

2. **הא חוי** Veni, vide. In Zohar frequens, quando lectorem ad ocularem quodammodo demonstrationem revocant.

ה"י

**תרגום ירושלמי** Targum Jeruschalmi five Hierosolymitanum. Rarè id denotat, sed integrè scribi solet **תרגום ירושלמי** differentiaè causâ. Sic usurpatum in Aruch in voce **מרגל** & in **ממן** secundo, à Scribis potius, quàm ab Authore. Præcedunt literæ serviles ו & כ / ut, **והי** / item **כהי** Et sic, &c.

ה"כע

**תרגום יונתן בן עוזיאל** Interpretatur Jonathan F. Uzielis. Vide **ה"ה**.

הוי"בתא

**תשבי יבא ויגיד במי תירון אמתי** Thisbi veniet, & indicabit ore suo solutionem veram. In præfatione libri יוסף דעת. Idem cum sequenti **ת"קו**.

ת"קו

**תשבי יחרץ קשיוח ובעיות** Tischbi solvet objectiones & quæstiones. In Talmud frequentissimum, quando occurrit quæstio vel objectio difficilima, quam explicare nequeunt.

ה"ו

Apud Chronologos **ה** est תחלה Principium: & ו est Sex, nempe, Principium horæ sextæ, & initium perpetuum Tekuphæ five æquinoctii verni, mense Nisan five Martio.

ה"ובכ

**הבנה ותחבונן במהרה בימינו** Ædificetur & erigatur citò in diebus nostris, scil. Jerusalem urbs sancta. Subjectum legitur aliquoties nomini **צפת** quo Jerusalem intelligitur, five simpliciter, five abbreviatè, pro **צפי פאר** / **תפארתו** / **תפארתה** vel **תפארתו** / **תפארתה** appellatur **ארץ צפי** / **ארץ צפי** / Dan. 8. 9. & 11. 16. Ezech. 20. 6. Psal. 48. 3.

חוש"לבע

**תם ונשלים שבה לאל כורא עולם** Absolutum & perfectum est: laus sit Deo creatori mundi. Fini librorum apponi solet. Aliquando plenius scribitur, **חונשי לבוע**.

ה"ח

**תלמיד חכם** Discipulus sapientis, Sapientiaè studiosus, Philosophus. Sapiens: plur. **תלמידי**. Apud priscos Hebræos usitarum fuit, se non sapientes, sed Discipulos sapientum appellare. Hodie nulli tituli sufficiunt, quibus

cabulum *Isch*? איש ולא אשה? *Isch* Vir, & non Mulier, ait.

2. לַאֵל לָאֵל Laus Deo. Aliquando additur ה in fine, pro חי Vivo.

3. תָּרִי לְשָׁנַי Duæ significationes. Apud Maforethas, quando vocabulum aliquod duo significata diversa habere notant. Cum servili בהל In duplici significato.

4. תִּרְצֶה לִידַע Volueris scire. In libro Astronomico עֲבֵרֹנוּהָ sæpè occurrit: Vel, תִּרְצֶה לְחֲשׂוֹב Volueris supputare.

ח"ל

In præcedenti explicatum.

ח"מ

תְּבוֹרַךְ מְנַשִּׁים Benedicte sis præ mulieribus, scil. aliis, id est, omnium aliarum mulierum benedictissima, ex Judic. 5. 24. Nomi- ni mulieris viventis subjici solet, quando in Epistolis salus ipsi ascribitur.

ח"מכ

תְּהִי מְנוּחָתוֹ כְּבוֹד Sit requies ejus gloriosa. De piis defunctis sic loquuntur.

ח"מכ עוכי

תְּהִיא מִיתָתוֹ כְּפָרָה עָלָיו וְעַל כָּל יִשְׂרָאֵל Sit mors ejus propitiatio pro ipso & pro universo Israël. Sic loquuntur de reo ad mortem condemnato,

queunt. Tunc ad Tischbi, id est, Eliam Prophetam reducem, ejus solutionem rejiciunt. Elias autem sic vocatur 1 Reg. 17. 1. Sic R. David Ezech. 42. ab initio de structura nova ista dicit: *Dico ego, quòd textum hunc עתיר אליהו לפרשה* explicaturus est aliquando *Elias*.

ח"כ

חֹרֶת כְּתוּבִים Lex sacerdotum. Libri antiquissimi nomen est, agens de ritibus & juri- bus Sacerdotum ex libro tertio Mosis. Aliàs etiam simpliciter סִפְרָא appellatur, & con- scriptus est circa annum Christi centesimum. Inde frequens apud Talmudicos חֲנִיא כְּתוּב Traditio est in Toras cohanim. Vocatur liber tertius Mosis חֲנִיא כְּתוּבִים: ut, תּוֹרַת כּוֹהֲנִים מְנַשֵּׁה הִירָה, Menasse שׁוֹנָה חֲמֵשִׁים וְחֲמֵשָׁה פָּנִים. בתורה כוהנים quinquaginta quinque modis explicavit librum tertium Mosis, Sanhedr. fol. 103. 2.

ח"ל

חֲלָמוֹר לֹמֵר Doctrina est dicere, Doctri- na textus, vox hæc vult dicere. Talmudici & Rabbini utuntur, quando aliquid notan- ter vel generaliter dictum, latiori vel specia- liori doctrinâ explicant: ut, עַל כֵּן יָעֹזֵב אִישׁ, על כן יעזוב איש, &c. Idcirco relinquet vir patrem suum, &c. Gen. 2. 24. איש מה חלמור לומר. *Isch* quæ do- ctrina est ad dicendum? quid me docet vo- cabu-

ח"ע

ח"ע עשר Duodecim. Pro עשר Chaldaicè עשר / & inde elisà gutturali. ח"ע עשר Sic appellant Prophetas minores, quorum libri duodecim sunt.

2. ח"ע ערבית Oratio vespertina. In precum libris.

3. ח"ע חורת עולם Libri celebri nomen est, qui sæpè citatur in Caphtor.

ח"ב

ח"ב חבוא עליו ברכה Veniat super eum benedictio. In epigraphis literarum ejus usus est. Vide Epistolas nostras Heb.

ח"ק

ח"ק חנועה קטנה Motio parva, id est, vocalis brevis, vel pluraliter, חנועות גדולות Gram.

2. ח"ק חקיעה קטנה Clangor parvus. Vide ח"ק.

3. ח"ק חנא קמא Doctor primus. Doctores Talmudici vocantur Tannajim. Cum literis servilibus, חנא קמא. Sic חנא קמא / חנא קמא.

ח"ר

ח"ר חנו רבנו Tradiderunt, Docuerunt Rabini nostri. Talm.

ח"ר חנו רבא Abyssus magna.

ח"ר"ג

ח"ר"ג Literæ numeri sunt, valentes 613, in quot

P

quot

nato, ut ejus morte delictum expietur, & alii exemplum capiant & sibi caveant. Misera consolatio.

חנ"ב

חנ"ב חנ"ב חנ"ב חנ"ב Sit anima ejus in paradiso, Amen. Pro חנ"ב חנ"ב communius dicunt חנ"ב חנ"ב Requies ejus. De defunctis.

חנ"ה

חנ"ה חנ"ה חנ"ה חנ"ה Doctrina, Traditio etiam talis est. Talm.

חנ"כ

חנ"כ חנ"כ חנ"כ חנ"כ Lex, Prophetæ, Hagiographa, tres partes totius sacræ Scripturæ Veteris Testamenti. Apud Masorethas in usu est, ut Deut. 21. 23.

חנ"צ

חנ"צ חנ"צ חנ"צ חנ"צ Sit anima ejus ligata in fasciculo viventium, ex 1 Sam. 25. 29. De defunctis.

ח"ס

ח"ס ח"ס ח"ס ח"ס Correctio, Aptatio Scribarum. Octodecim loca biblica sunt, quæ dicuntur Scribæ correxisse, & enumerantur in principio libri Numerorum in notis Masorethicis. Aben Esra ipsorum correctionem plerumque rejicit, & rectè.

ח"ע

quos secunda abbreviatura, *Tekia*, *Schevarim*, *tekia*. Tertia, *tekia*, *terua*, *tekia*. Observandum, ex תרועה non esse primam literam desumptam, sed secundam, ut hæc vox distingueretur à תקיעה / quæ & ipsa à litera ת incipit. Insolens alioquin planè est, alias, quàm primas literas, ad abbreviaturas transferri.

ת"ח

תלמוד תורה Studium Legis, quod magnificè passim prædicant. Cum servili, כל אדם. Omnis homo obligatus est ad studium Legis: כל מי שאינו עוסק בהח נקרא נוהג. Quicumque non dat operam studio Legis, vocatur reprobus. Et Rambam Parte 1. Madda, folio 18. scribit: אין לך מצוה בכל המצות כולן שהיא שקולה כנגד למוד תורה אלא תלמוד תורה כנגד כל המצות כולן שהתלמוד מביא לידי מעשה id est, Non est præceptum ullum inter omnia præcepta, quod tantum sit, quantum studium Legis, sed studium Legis æquiparatur omnibus præceptis, quia studium adducit ad opus, ut scil. id opere præstet, quod per studium apprehendit.

2. תלמיד תורה Discipulus Legis, Studiosus Theologiæ. Sic apud priscos Hebræos se quidam vocarunt, quòd magis pium & honorificum censerent, vocari Discipulum Legis, seu verbi divini, quàm חכמים Sapien-

P 2

tum,

quot præcepta, universa Lex Mosis, dividitur Judæis. Horum mentio in Targum ubi Noomi dicit: איתפקידנא למנטר שיה מאה / ותלת עשר פקודות id est, Jubeor ego observare 613 præcepta, Ruth. 1. v. 16. in Venetis. Vide supra רמח.

ח"ש

ח"ש Veni audi. In Talmud frequens, quando ad objectionem respondent.

חש"בעפ

חש"בעפ Lex oretenus tradita. Traditiones patrum sic vocantur.

חש"בצ

חש"בצ Responsiones Schimeonis filii Tzemach. Scripsit librum שאלות ותשובות Quæstionum & responsionum, qui sic abbreviatè citari solet. Meminit Juchafin fol. 134.

חש"רה . חש"ת . תר"ת

Tria symbola sunt clangorum, quos edunt in festo tubarum. Primo die ראש השנה novi anni, cornicen ter cornu inflat, sonis distinctis. Primò sonos edit, quos prima abbreviatura denotat, nempe, תקיעה / שברים, תקיעה / תקיעה / Tekia sonus fixus & æqualis. *Schevarim*, fractus: *Ternah*, mixtus. Secundò, quos



O P E R I S  
T A L M U D I C I  
B R E V I S R E C E N S I O  
C U M

*Ejusdem Librorum & Capitulorum  
Alphabetico Indice.*

**A**lterum subsidium, quod intelligentiam in libris Rabbiorum juvat, est tenere, vel ad manus expositam habere Operis Talmudici in libros & capita divisionem, & eorum Alphabeticum indicem. Inde enim ad rectam & perfectam suæ doctrinæ confirmationem, plura ferè adducere & citare solent, quàm ex Lege aut Prophetis. Citant autem quandoque Partes ejus generales, quandoque Partium libros, quandoque librorum capita, interdum libros & capita simul: Capita autem vel numero, vel primis ipsorum verbis. Exempli causâ: Prima verba Lexici Talmudici Aruch sunt, *בְּשֵׁבַת בְּרִישׁ* *In Schabbath, in principio Gemarae, Capitis Habbone.* Hic Schabbath est libri Talmudici nomen: *Gemara* pars textus Talmu-

-הווי

P 3

mu-

tum, qui etiam traditionibus & Legi non scriptæ innitebantur.

3. *תפארת* *Decus.* Species una ex decem numerationibus cabalisticis, quam sic à prima & ultima litera notant. Frequens in Zohar, & aliis libris Cabalisticis.

הם ונשלם ספר ראשי תיבור

זבח תורה לרוכב בערבות

F I N I S.



O P E



TALMUD est Opus doctrinale, sive Corpus doctrinae magnum, à variis ac doctissimis quibusque Rabbis compilatum, multiplicem omnium Scientiarum doctrinam continens, & potissimum Jus civile ac canonicum Judaeorum plenissime ac perfectissime proponens, ut secundum illud universa gens & Synagoga Israelitica optimè feliciterque vivat. Multiplex etiam ipsi historia infera est, quæ quia profundos, arcanos & mysticos sensus plerumque comprehendit, ideo à paucis intelligitur, & juxta externam literam putidissimarum fabularum nomen potius occupat. Quia verò Lex Moïsi, per se (ut volunt) obscura & imperfecta, in Talmud dilucidè & perfectè explicatur, ideo etiam augusto Legis nomine ab ipsis indigitatum est. Nam Lex duplex: una, תורה שבכתב Lex quæ in scripto, altera תורה שבעל פה Lex quæ per os, scilicet tradita. Illa quinque libris Moïsi descripta est: hæc oraliter tantum propagata fuit, inde à Moïse usque ad centenos aliquot annos post natum Christum Servatorem nostrum, quando & ipsa in librum relata est, ne propter extremam populi Judaici dispersionem totaliter periret.

Authoritas ipsi conciliata, partim, ab Authoribus, partim, à materia.

Author primus statuitur Moïses Propheta, qui cum Legem scriptam uno die à Deo ac-

P 5

cipe:

missionis peccatorum, quòd extincta fuit lux terrena, quòd fores Templi per se apertæ, vel ut Evangelistæ loquuntur, velum Templi spontè ruptum & scissum, quid aliud significare debebant, quam totalem omnium caeremoniarum abrogationem, & lucis coelestis, quâ se indignos fecerunt, privationem? Hæc cum quadraginta annis ante desolationem Templi contigisse affirmant, non obscure est, ea ad tempus mortis Christi referenda esse, & istam spontaneam Januarum apertionem cum velo scisso, quam Evangelistæ vocant, omnino convenire. Sed redeamus ad id unde digressi sumus. Diximus, Rabbinos passim in suis scriptis citare libros Talmudicos, & universam suam doctrinam ex Talmud, tanquam certo juris corpore, confirmare. Videamus ergo, quid sit Talmud, quæ ejus Authoritas, & quomodo in Partes ac membra dividatur.

TALMUD aliquando idem est quod תורה Doctrina, aliquando idem quod למיד Studium, Perceptio, Apprehensio doctrinae, discendi actio & q. d. discentia, a למד Didicit. Priori modo per metonymiam sumitur pro libro, quo doctrina continetur, qui κατ' ἐξοχήν vocatur Talmud, id est, Liber doctrinalis, quia solus iste universam doctrinam & scientiam populi Judaici comprehendit, de quo hic breviter agere proposuimus.

TAL-

Mosis ait, Legem scriptam Mosis fundatam esse super Lege orali; וזה לנו האות שמך משה על תורה שבעל פה שהיא שמרה ללב ולעצם מרפא כי אין הפרש בין שתי התורות ולעצם מירי אבותינו שתיהן לנו כמורורת id est, Id-que nobis signum est, quòd fundatus est Moses super Legem oralem, quæ est lætitia cordi, & ossibus medela. Nulla enim est differentia inter duas has Leges, quæ per majores nostros ambæ nobis traditæ sunt.

R. Isaac Corbelensis in libro עמורי גולה *Amude gola*, sive libro Præceptorum parvo, fol. 39. docet, fundamentum Religionis Judaicæ esse Legem oralem seu Traditiones Patrum, non Legem scriptam Mosis: אל תחשוב כי עיקר התורה נכתב כי אדרבה עיקרה אותה שבעל פה ועל תורה שבעל פה נכרת ברית דכתיב כי על פי הדברים האלה כרתי אתך ברית והו אוצרו של הקדוש ברוך הוא כי היה גלוי לפני ישראל עתידין להיות גלויין בין האומות ויעתיקו הגוים ספריהם לפיכך לא רצו שתכתב וכי id est, Ne existimes, quòd fundamentum sit Lex scripta, quin potius fundamentum est illa quæ ore tradita: nam propter Legem oralem initum est fœdus (cum Israelitis à Deo) sicut scriptum est: *Quia juxta verba hæc pango tecum fœdus, & cum Israele*, Exod. 34. v. 27. & hæc sunt thesaurus sancti Dei benedicti. Sciebat enim futurum, ut Israëlita transportarentur inter alios populos, & quòd trans-

scri-

cipere potuisset, Deus ipsum per dies quadraginta detinuit, ut scriptæ Legis explicationem interea perfectè addisceret. Moses deinde oralem illam Legis explicationem tradidit Jehosua, is septuaginta senibus, illi Prophetis, ipsi Synagogæ magnæ: ab ea præstantissimis quibusque Rabbinis sequentibus successivè tradita est, eo usque, donec oraliter amplius conservari non potuit. Mosis & Prophetarum Authoritatem cum nemo facile rejecturus esset, laborandum erat, ut Rabbino- rum fides indubitata constaret. Eam ergo variis modis asseruerunt, principaliter autem laudibus, minis, pœnis. Inde tandem factum, ut Legem oralem, Legi scriptæ æquipararint, jura, edicta, scripta, verba Rabbino- rum, Prophetarum verbis prætulerint, immò Rabbino- rum verba quasi Dei verba habenda esse, impiissimè asseruerint, & contemptum ipsorum mortis pœna vindicandum, impudentissimè statuerint. Pluribus hæc probari possent, sed pauca testimonia, quæ mox subjiciemus, fidem facient.

Materia Authoritatem conciliat, quia ea Legis scriptæ partim est lucidissimus commentarius, partim ejus complementum & fundamentum, sine quo lex scripta omnino labasceret. Quæramus hinc fidem, sed breviter.

Aben Ezra in præfatione sua in Legem  
Moy

Moniti estote honorem præbere condiscipulis vestris, & avertite liberos vestros à studio-biblico, & collocare eos inter genua sapientum; *Cod. juris Berachoth, fol. 28. 2.* Glossa, לא הרגילום, id est, Ne assuefaciatis eos in lectione-biblica plus quàm fatis est.

In Codice juris *Berachoth* fol. 5. 1. docetur, Legem oralem æquè esse à Mose, atque Legem scriptam his verbis: מאי דכתיב ואתנה לך ארת ליהודי האבן והתורה והמצוה אשר כתבתי להורותם להות אתי עשרת הדברות / והתורה זה מקרא / והמצוה זו משנה / אשר כתבתי אל בניאים וכתובים / להורותם זה גמרא / מלמד שכולם ניתנו למשה מסוגי id est, Quid est illud quod scriptum legitur: *Et dabo tabulas lapideas, & Legem & Præcepta, qua scripsi, ad docendum ea ipsos, Exod. 24. 12. Tabulas, id est, decem præcepta. Et Legem, id est, Biblia. Et præcepta, id est, Mischnam, Traditiones majorum. Que scripsi, id est, Prophetas & Hagiographa. Ad docendum ea ipsos, ea est Gemara, id est, decisio Traditionum Talmudicarum. His docemur, omnia ista data esse Mosi è monte Sinai.*

In Cod. Juris Chagiga, fol. 10. 1. docetur, non habere pacatam conscientiam illum, qui de studio Talmudico regreditur ad studium biblicum. Verba hæc sunt: Propheta inquit, וליצא ולבא אין שלום אמר רב כיון שיצא אדם

מכר

scripturi essent gentiles libros ipsorum, idcirco noluit scripto tradi Legem oralem, &c.

Rabbi Bechai in libro הקמה כד *Cad hakke-mach* Cadus farinæ, fol. 77. col. 3. in eandem sententiam scribit: ושה סדרים אלו הם תורה שבעל פה כי עיקר התורה היא תורה שבעל פה שאין תורה שבכתב יכולה להתבאר כי אם ע"י תורה שבעל פה / Id est, Sex ordines (partes corporis Talmudici) sunt ipsa Lex oralis: nam fundamentum Legis scriptæ est Lex oralis. Etenim Lex scripta non potest explicari, nisi per legem oralem.

In Codice juris *Bava metzia*, fol. 33. 1. traditur, studium Talmudicum præstantius esse studio Biblico, his verbis: העוסקים במקרא מידה ואינה מידה במשנה מידה ונושלין עליה שכר גמרא אין לך מידה גדולה כי id est, Qui operam dant lectioni Biblicæ, virtus aliqua est aut potius nulla virtus (id est, parum admodum est:) *δουλεύουσι* Traditioni vel Legi secundariæ patrum, virtus est propter quam accipitur præmium: Gemaræ, id est, studio Talmudico, virtus est quâ nulla præstantior. Inde, cùm R. Elefarem agrotantem visitarent aliquando officii causâ discipuli ejus, dixerunt ipsi, ר' למדנו ארבות חיים ונזכה בהו לחיי העולם הבא Rabbi, doce nos vias vitæ, ut acquiramus in iis vitam futuri seculi. Respondit ipsis: הזהרו בכבוד הבריות ומנעו כניכם מן ההגיון (הושיבוכם)

enim dixerunt (Doctores nostri Talmudici:) Magnum est studium Talmudicum, quod adducit (ex theoria) ad praxin.

Laudata & trita in Rabbiorum scriptis est sententia: בני הזהר בדברי סופרים יותר / מדברי תורה / id est, Fili mi, attende ad verba Scribarum magis, quam ad verba Legis, scil. Mosis. Exstruxerunt hoc præceptum super Eccl. 12. v. 12.

In Cod. Juris יבמות fol. 20. 1. sanctitatis elogio donantur studiosi juris Talmudici: Verba juris sunt: כל המקיים דברי חכמים נקרא קדוש / Quicunque firmiter servat verba Sapientum, vocatur Sanctus.

In corpore Juris Hierosolymitano, Cod. Berachoth, ut adducit R. Jacob in libro כפתור *Caphthor*, fol. 121. legitur: רבא אמר תרע / לך שרברי סופרים חביבים מדברי נביאים / id est, Rabba dixit: Scito verba Scribarum a mabiliora esse verbis Prophetarum. Ibidem vulgare, Sapientes חכמים עדימי מנביאים, præstantiores sunt Prophetis. Ratio, quia Prophetæ tenebantur suam doctrinam confirmare miraculis & aliis extraordinariis signis: de sapientibus autem absolute & simpliciter dictum, *Et observabis, ut facias juxta omnia, quæ docebunt te*, Deut. 17. v. 10.

In Cod. Juris ערוכות *Erwoin*, fol. 21. 2. poena determinatur contemptoribus statutorum Rabbiorum, his verbis: כל העובר על

מדבר הלכה שוב אין לו שלום / id est, *Egrediuntis aut venientis non erit pax*, Zach. 8. 10. Raf dixit: Quando egreditur homo ex constitutionibus Talmudicis, deinceps non est ipsi pax: גלסא, מדבר הלכה לרבר, שיוצא אדם מקרא שוב אין לו שלום שאין הוראה מדבר מקרא / שהמשנה מפרשת סתימת התורה / id est, Quando egreditur homo ex doctrina Talmudica ad doctrinam Biblicam, tunc amplius nulla ipsi pax est. Nulla enim est demonstratio ex doctrina Biblica, quum *Mitchna* seu *דבר תורה* explicet arcanum Legis scriptæ.

In libro הזהב *Misbeach hassabaf*, *Altare aureum*, cap. 5. studium Talmudicum omnibus aliis studiis & scientiis præfertur, idque ex communi Doctorum sententia: התלמוד המקודש אין למעלה ממנו / Id est, Sanctissimo Talmud nihil est superius.

Ibidem: אי אפשר לעמוד ועל עיקר תורתנו הקדושה שהיא תורה שבכתב כי אם ע"י תורה שבע"פ שהיא פירושה / Id est, Impossibile est consistere nos posse super fundamento Legis nostræ sanctæ, quæ est Lex scripta, nisi per Legem oralem, quæ est explicatio ejus.

Sequitur ibidem: אפילו מעט מן התלמוד יספיק יותר להביא לידי יראת שמים משאר למודים הרבה ועליו אמרו גדולי התלמוד שמביא לידי מעשה / id est, Etiam parumper ex Talmud sufficit magis adducendum ad timorem Dei, quàm reliqua studia plurima. De eo enim

Rabbini isti vino & Venere incensi & victi, per noctem concubuerunt. Sequenti die à Rege moniti, ut quid ita licenter contra Legem suam peccarint, cum rubore & magno conscientiae vulnere discesserunt, & mortem sibi propterea optarunt, וכתוך השנה ממו כולם, & intra annum mortui sunt omnes morte repentina. Hoc totum ipsis contigit, quòd præceptum Sapientum Rabbiorum de non bibendo vino gentilitio pre-  
vissent, per cujus contemptum in reliqua scelera fuere pertracti. Ergo Sapientum oracula non sunt contemnenda.

Denique in libro חשקוני *Chaskuni*, fol. 94. pag. 2. in notis ex *Baalhatturim* collectis legitur, והולק על רבו כחולק כל השכינה והמאמן, בידיו חכמים כמאמן בשכינה, id est, Qui dissentit à Doctore suo, perinde est, ac si dissentiret à divina Majestate: qui autem credit verbis Sapientum, est ac si crederet ipsi Deo. Plura in hanc sententiam vide in Synagoga nostra Judaica cap. 1.

Vides, Lector, obstinatissimæ & obsecratissimæ gentis, de suo Talmud & ejus compilatoribus, impudentissima & impia elogia. An ergo mirum, quòd Dei Verbum reliquerunt, & Patrum Traditiones secuti sunt? Hæc causa est, quòd in omnibus suis scriptis nil nisi Talmud suum, Sapientes & Rabbinos suos perpetuò crepent, & subinde lectori ipso-

DUDU

Q

rum

על דברי סופרים חייב מיתה. Quicumque transgreditur verba Scribarum, reus sit mortis. Id in libro *Caphtor*, antè dicto loco, exemplo illustratur, petito ex libro אימרה כנגדלווה (nomen ex Cant. 6. 3.) *Ajuma kenidgaloth* (nomen ex Cant. 6. 3.) in hanc sententiam:

Rex gentilis Purgandicus convocatis suis consiliariis instruxerat cœnam magnificam, ad quam etiam invitaverat undecim honoratissimos in sua terra Rabbinos. Illi accedentes, supra spem honorifice à Rege excepti fuere. Tria autem ipsis Rex postea proponebat, ut vel carnem suillam lautissimè apparatusam secum comederent, vel cum pulcherrimis fœminis gentilibus concumberent, vel vinum gentilium cum ipso biberent. Judæi triduanum deliberandi spacium sibi postularunt. Eo elapso, responderunt, duo priora expressè in Lege sua prohibita esse, ideoque se id facere reculare, tertium quia à Rabbinis tantummodo vetitum sit, se id minimè abnuere. Cœna sic fuit apparatusa, & Judæi ad mentas facili arte in circulum volubiles collocati. Ubi largiùs bibere cœpissent, mensæ fuerunt clanculùm gyratæ, sic ut carnes suillæ ipsorum manibus obvenirent. Judæi nihil tale animadvertentes, & luxu jam diffuentes, carnes illicitas incauti comederunt. Tandem choreæ institutæ, mulieres formâ præstantes adductæ, cum quibus etiam sancti Rab-

usque ad Rabbi Jehudam, qui à sanctitate vitæ dictus fuit *Rabbi Jehuda hakkadosch*, id est, Sanctus, & *Rabbi Jehuda bannasi*, id est, Princeps. Floruit sub Imperatore ANTONINO, Anno Christi 150. Videns ille sapientiam Judæorum imminui, Legem oralem oblivioni tradi, populum Judaicum dissipari, cogitavit seriò de Lege orali conservanda & restauranda. Collegit itaque omnium Judæorum sui temporis schedas & chartas, quas quisque sibi memoriæ causâ notarat, & ex iis librum confecit, qui dictus fuit ספר משניות *Sepher mischnajoth* Liber Traditionum. Hic liber publicam autoritatem & fidem accepit, & ab omnibus Judæis, tam in terra Israël, quam Babylonia viventibus, ceu authenticum Juris Corpus, fuit receptus, & in Academiis explicatus. Divitus autem fuit in Partes generales sex, de quibus mox agetur.

Gemara est altera pars Talmud, quæ disputationes Doctorum super libro *Mischnajoth*, in terra Israël & Babylonia habitas, & earundem decisiones continet. Hæ duæ Partes sic per totum Talmud sunt dispositæ, ut *Mischna* quælibet, tanquam Juris textus præcedat, *Gemara* cuique *Mischnæ*, tanquam ejus in diversas sententias ventilatio, ac absoluta decisio, rectâ subjiciatur. Atque sic hæc duo, *Mischna* & *Gemara*, conjunctim accepta integrum Talmud

Q2

consti-

rum sententias & edicta obrudant. Plurimum ergo Rabbiorum scripta legenti proderit, Operis hujus Talmudici in libros & capita divisionem ante oculos propositam habere, ut tanto melius de loci citati autoritate & certitudine judicare, & Talmudicos libros ab aliis Rabbiorum libris discernere quilibet possit. Jam ad divisionem ejus accedamus.

Talmud aliud est ירושלמי *Jeruschalmi* five Hierosolymitanum, aliud בבלי *Baveli* five Babylonicum.

*Talmud Jeruschalmi* five Hierosolymitanum est, quod pro Judæis in terra Israël viventibus scriptum fuit. Autor ejus R. Jochanan ex tribu Joseph, qui Caput synagogæ fuit in terra Israël per annos octoginta, absolvitque hoc Talmud Anno Christi 230. ut est in *Tzemach David*, fol. 44. Quia verò pauciores Judæi in terra Israël habitabant, neque etiam perfectè omnes constitutiones ac decisiones contineret, ideo minor ejus semper fuit usus, ad hæc usque tempora.

*Talmud Baveli* five Babylonicum est, quod pro Judæis in Babylonia & aliis peregrinis terris viventibus fuit conscriptum. Id constat ex משנה *Mischna*, & גמרא *Gemara*.

*Mischna* est δὲ δεύτερη Lex secundaria, omnes Traditiones Patrum continens, quæ inde à Mose usque observatæ, & successivè per oralem traditionem propagatæ fuerunt, usque

II. מועד Festorum, Solennitatum. Agit de tempore, quo sabbathum aliaque festa inchoari, finire & celebrari debeant.

III. נשים Mulierum. De uxoribus duccendis vel repudiandis, de mulierum officiis, affectibus, morbis & similibus.

IV. דמיון Damnorum: De damnis ab hominibus vel bestiis illatis, de eorum poena & compensatione.

V. קדושים Sanctitatum. Agit de sacrificiis & variis rebus sacris.

VI. טהרות Purificationum. Agit de munditie & purificatione vasorum, supellectilis & aliarum rerum, ac earum immunditie & pollutione.

Hæ sex partes Hebræis dicuntur *שש* / *שש* Sex Ordines five ordinationes, quæ totum Talmud constituunt, quod eadem appellatione sic sæpè vocatur, ut in illo Rabbinico: *נמשלה המקרא כמים והמשנה כין / והש"ס כקונדיטון ועוד נמשלה התורה כמלה / והש"ס כקונדיטון ועוד והמשנה כמילפין והש"ס כבשמים / id est, Similis est Textus Biblicus aquis, Mischna vino, Talmud condito: item, Similis est Lex salis, Mischna piperi, Talmud aromatibus. Mentio sex horum Ordinum in Targum Jonathanis in Legem, ubi ita legitur: *ויהי שיה ירעו להו' בל קבל שיה מורי התניתא* Et sex aulea seorsum juxta sex Ordines Mischnajoth five Talmudicos, Exod. 26. 9. Vel hinc apparet, hoc Targum*

Q 3

non

constituunt, quod dictum בכלי חלמוד *Talmud Baveli* seu Talmud Babylonicum, & absolutum ac receptum fuit Anno Christi 500. juxta quod Judæi omnes ab eo tempore semper vixerunt, atque etiamnum vivunt. R. David in lib. *Tzemach* fol. 48.

Aliquando vocabulum Talmud strictè & specialiter sumitur pro Gemara, ut in illo: לעולם ישלש אדם שנותו שליש במקרא ושליש במשנה ושליש בתלמוד ומי ירע כמה ח"י Semper tripliciter dividat homo annos suos: tertiam partem tribuat studio Biblico, tertiam Mischnæ, tertiam Talmudicæ doctrinæ, id est, Gemaræ: in De Idololatria cap. 1. Gemara tamen non omnibus libris addita est, sed excipiuntur viginti septem, qui materiam continent, cujus observatio tantum locum habet in Terra Sancta & Templo Sancto. Terræ autem recuperandæ, & Templi reædificandi cum spes exigua aut nulla affulgeret, istas materias intactas dimiserunt, & Eliæ ac Meschia venturo explicandas & excutiendas reliquerunt.

Partes Talmudicæ generales sex sunt, quas primò R. Jehuda in libro Mischnajoth constituit.

I. זרעים id est, Semen. Agit enim de feminibus, frugibus, fructibus, herbis, arboribus; de fructuum usu privato & publico: de seminibus homogeneis & heterogeneis & similibus.

II. מועד

idem quod *Mischna & Barajesa*, משנה וברייטה doctrinam Talmudicam ordinariam & extraordinariam.

### DIVISIO Partium Talmudicarum.

Quisque Seder five unaquæque Pars dividitur in libros, liber in capita, caput in Mischnas five aphorismos doctrinales. Liber, quem hic dicimus, ipsis vocatur מסכת *Massecher*, aut Chaldaicè מסכתא *Massichta*, pluraliter מסכתות *Massichtos*. Nos etiam *Codicem* vel *Tractatum* appellare possumus. Caput libri dicitur פרק *Perek* vel פרקא *Pirka*.

### I. SEDER זרעים SERAIM.

Prima pars, De feminibus & fructibus terræ, continet libros *undecim*.

I. ברכות *Berachos*: De precibus & gratiarum actione pro terræ fructibus, ac omnibus omnino beneficiis, quo tempore, quo loco & quibus aliis circumstantiis preces dicendæ sint. Capita ejus sunt *novem*. Hic duntaxat Gemaram additam habet: sequentes decem sunt sine Gemara.

II. באר *Peah*, Angulus: de angulo aliquo agri pauperibus relinquendo, ut ejus fructus colligant. Capita ejus *octo*, ubi malè in Galatino *decem*.

III. דמאי *Demai*, Res dubia. Agit de rebus, de quibus dubium, an decimæ Deo datae sint,

Q 4

non esse illius Jonathanis, qui Prophetas transtulit, sed alterius cujusdam, qui non tantum R. Jehudâ, sex istorum Ordinum primo authore, sit posterior, sed etiam ipso Talmud, cujus fabulas plurimas comprehendit. Item: *Benedictum sit nomen DOMINI, qui dedit nobis Legem per manus Moysi, Scriba illius magni, quæ inscripta fuit duabus tabulis lapideis, nec non sex Ordines Mischna, ac ipsum Talmud cum lectione Cant. 1. 2. in editione Veneta. Item: Synagoga Israelis inquit: Illi Deo cupio ministrare, qui interdum amictus est stolâ albâ instar nivis, וְעַם כְּשֵׁרִין וְאַרְבָּעֵרֶת סֶפֶרן דְּאִוְרֵייתָא וּפְתוּמֵי זְבוּזָא וְכַתְיֵי וּבְלֵילָא הוּא עָסִק בְּשִׁיתָא סְדְרֵי מְשֻׁנָּה* occupatus est, vel studet viginti quatuor Libris Biblicis, & Verbis Propheticis ac Hagiographis, & noctu occupatus est in sex Ordinibus Talmudicis, Cant. 5. 10. En Deum Judaicum studentem in Talmud. Quod si Deus ipse tanti hanc sapientiam Talmudicam facit, quo in pretio homo eam habebit? Hinc non immeritò Schola Elia statuit, כל השומר הלכות מובטח לו שהוא בן העולם הבא *Quicumque discit Traditiones Talmudicas, persuasus esse debet, se futurum filium vite æternæ, ut legitur in libro Nidda fol. 73. in fine. Halacha* propriè est Discursus, discussio, examinatio & decisio alicujus quæstionis dubiæ, à Doctoribus Talmudicis proposita, unde Glossa in præcedenti loco explicat, esse idem

Sacerdoti offerre. De quinque autem rebus præcipuè datæ fuerunt, quarum variæ circumstantiæ explicantur. *Capita* habet *quatuor*.

X. **עֹרֵלָה** *Orlah*, Præputium. De præputio arborum, quæ per tres annos primos à plantatione præputiata dicebantur, ideoque ipsorum fructus illiciti erant. *Capita* ejus *tria*.

XI. **בִּכּוּרִים** *Biccurim*, Primitiæ. Qui, de quibus rebus, & quomodo primitiæ in Templo offerri debebant. *Capita* ejus *quatuor*, ut Talmudicum corpus habet. Libri *Mischnajoth* separatim editi, habent tantum capita *tria*, & quartum adjicitur extrinsecus, tanquam extraordinaria quædam doctrina & constitutio à veteribus observata de jure androgynorum. Doctrina ista vocatur **בְּרִיתָא** *Barajesa*, Elucidatio, Declaratio.

Capita omnium horum librorum *septuaginta quinque*.

## II. SEDER מוֹעַד מוֹעַד MOED.

Secunda pars de sacris Festis, habet libros *duodecim*.

I. **שַׁבָּת** *Schabbath*, Sabbatum. De sabbathi juribus & solennitatibus, de lucernis sabbathinis, quo oleo, aut qua pinguedine accendi debeant: de foco aut fornace, in qua cibi calidi conservantur: cum quibus ornamentis mulieri egredi licitum, ne onus aliquod videatur ferre: de innumeris præterea rebus,

Q. s.

quæ

sint, necne. Dabatur autem de ea centesima, id est, decima decimarum. *Capita* ejus *septem*, ubi rursus corrigendus Galatinus.

IV. **כֵּלָיִם** *Kelaim*, Heterogenea: de duobus aut pluribus ac diversis generibus non commiscendis. *Capita* ejus *novem*.

V. **שְׁבִיעִית** *Scheviis*, Septimus, de juribus anni septimi, quo sabbatum debebat esse terræ, nihil feri, nihil quod satum esset meti: quod autem sponte crecebat ex granis deciduis, id omnibus erat commune. *Capita* ejus *decem*.

VI. **תרומות** *Trummos* Oblationes: de rebus, quas quisque de bonis suis eximebat & separabat, & quasi sacras Sacerdoti offerebat: item quibus id facere permissum, quibus non: de quibus rebus, de quibus non. De centenis autem separabant & offerebant duo. *Capita* ejus *undecim*.

VII. **מעשרות** *Maaferos*, Decimæ, Decimationes, sive **מעשר ראשון** *Maafer prima*. De decimis primis quæ Levitis dabantur, & de quibus rebus. *Capita* ejus *quinque*, ubi corrigendus Galatinus.

VIII. **מעשר שני** *Maafer scheni*, Decimæ secundæ. Has Levitæ de decimis sibi oblatis dabant Sacerdotibus, & consumebantur Hierosolymæ. *Capita* ejus *quinque*.

IX. **חֵלָה** *Chalka*, Placenta. Mulieres dependentes *massam*, semper tenebantur *placentam* Sacer-

Sacer

batur ante principium Maji. Quando magno numero ex remotioribus locis hoc tributum mittebant, commutare licebat in דרכונות qui erant nummi aurei, oneris levandi causa. *Capita habet octo.*

V. יום כיפור *Joma*. De die expiationis peccatorum. Fuit autem festum expiationis peccatorum admodum solenne, quo jejunabant, variisque modis se affligebant, ad feriam poenitentiam testandam, unde יום כיפור vocatur יום *Joma* Dies, aliàs יום הכפור *Jom hakkippur* Dies expiationis. Septem diebus ante hunc diem sacerdos ex sua domo in Templum secedebat, ut tanto magis se ad sanctitatem praepareret. *Capita ejus octo.*

VI. סוכה *Sukka*. De Tabernaculorum seu scenarum festo, de forma scenarum: qui, quamdiu, quomodo in iis vivere debeant, & quae alia hujus festi sint solennitates. *Capita habet quinque.*

VII. ביצה *Betza*, sive ut aliis vocatur יום טוב *Jom tof*. De iis, quae quolibet festo, praeter Sabbathum, licita aut illicita erant: veluti, an & quid coquere liceat? num pisces ex vivario eximendi, ut coquantur? Communis feriatuſ dies vocatur *Jom tof*. Dies bonus. A voce ביצה *Betza*, i. e. Ovum, liber incipit, & quaestio est, an ovum, die festo à gallina positum, eodem die comedere licitum sit; ביצה שנולדה ביום *Ovum* quod

quae agere licitum vel illicitum est. *Capita ejus sunt viginti quatuor.*

II. עירובין *Erubin*, Commixtiones, quomodo vesperà sabbathi, die Veneris scil. à variis vicinis cibus collectus, eisdem sic conjungeret, ac si unius domus familia aut domestici essent. Quod fiebat, ne longius à se invicem habitantes, longiore itinere sabbatum violarent, ac plures die sabbatho convenire possent. Sic si ultra *Techum Schabbas*, id est, terminum Schabbathi (qui continebat bis mille gressus minores) qui à se invicem habitarent, ponebant in medio cibum aliquem, eum quis comedens, poterat ab isto termino ulterius progredi ad aliud *Techum*: perinde enim hoc fuit ac si ibi, aut domi suae comedisset. *Capita ejus sunt decem.*

III. פסחין *Pesachim*. De Paschatis festo, de fermento inquirendo & expurgando, de pane azymo, quid vespera paschatis agendum: de mactatione agni paschalis, quomodo assatus fuerit, &c. *Capita ejus decem.*

IV. שקלים *Schekalim*. De siclis. Quisque quotannis siclum pensitare tenebatur, tum pro emendo sacrificio jugi & quotidiano, quod fiebat ex duobus ignis, altero mane, altero vespere mactato, tum etiam pro aliis. Primo die Februarii publica proclamatione monere solebant populum, ut singuli in tempore siclum hunc adducerent. *Exsolvebatur*

omnis masculus ter quotannis Hierosolymæ coram DOMINO se sistat, nempe in festo Paschatis, Pentecostes, (quod illi vocant שבועות *Schevivos* Septem septimanarum festum) & Tabernaculorum. Hæc festiva comparitio vocatur חגיגה *Chagiga*, cujus jura & solennitates hoc libro explicantur. Excipiuntur ab hac comparitione surdus, cæcus, claudus, stultus, obturatus in genitalibus, androgynus, servus nondum manumissus, ægrotus, senex. *Capita ejus tria.*

*Capita omnium horum librorum octoginta octo.*

### III. SEDER נשים NASCHIM.

Tertia hæc pars De mulieribus, continet libros septem.

I. יבמות *Jevamos*, De fratriis, seu fratribus absque liberis defuncti uxore ducenda, ad propagandam ejus familiam: de juribus ejus, & quibus cæramoniis id olim factum. *Capita ejus sedecim.*

II. כתובות *Kesubbos* De contractibus matrimonialibus, de jure dotium, de privilegiis uxorum, de officio mariti, de jure virginum & viduarum. Instrumentum contractus matrimonialie vocatur כתובה *Kesubba*. *Capita ejus tredecim.*

III. קידושין *Kidduschim* De sponsalibus & sponsalitiis; quot modis sponsa de jure acqui-

ra.

quod natum die festo. *Capita ejus sunt quinque.*

VIII. ראש השנה *Rosch haschana*. De novi anni initio, ejus juribus & solennitatibus. Est autem initium illud in novilunio mensis תשרי *Tisri*, id est, Septembris. *Capita ejus quatuor*, ubi corrigendus Galatinus.

IX. תענית *Taanis*. De variis jejuniis & antiquo jejunandi modo. *Capita ejus quatuor.*

X. מגילה *Megilla*. De festo פורים *Purim*, id est, sortium, de quo in Historia Esther. Celebratur etiamnum hodie, mense Februario, & die undecimo, duodecimo, decimo tertio, decimo quarto, decimo quinto, cum singularibus cæramoniis legunt librum Esther, qui ipsis dicitur מגילה *Megilla*, à cujus lectione festum hoc nomen habet. Postea edunt, bibunt, choreas ducunt & insaniunt super modum, plus quàm gentiles in Bacchanalibus. *Capita ejus quatuor.*

XI. מועד קטן *Moed katon*. De festo parvo. Sic vocant Interfestum, id est, dies intermedios inter primum & octavum, qui toti sunt solennes & sacri in festo Paschatis & Tabernaculorum. Intermedii minus festivi sunt, sacra quidem peragunt, sed præterea non omnia opera interdicta, unde vocant eos *Moed katon* Festum minus. *Capita ejus tria.*

XII. חגיגה *Chagiga*, id est, Festivitas. Præceptum divinum est Exod. 23. 17, ut  
omnis

II. **בַּבְּא מֵצִיעָא** *Bava metzia*, Porta media. De rebus inventis, de deposito, de ufuris & fœnore: de conductionibus & locationibus, commodato & mutuo. *Capita ejus decem.*

III. **בַּבְּא כְּתוּרָא** *Bava basra*, Porta postrema. De societate in commerciis, de hæreditatibus & successione, de emptionibus & venditionibus, &c. *Capita ejus decem.*

IV. **סֵנְהֶדְרִין** *Sanhedrin*. De senatu majore, de judiciis inferioribus, pecuniariis & criminalibus, de iudiciis, de testibus, de quatuor supplicii criminalis generibus, Lapidatione, combustione, decollatione, & strangulatione: de Israelitis, qui partem habituri in seculo futuro vitæ æternæ, & qui non, ubi plurima de Messia, & tempore quando venire debeat, disputantur. *Capita ejus sunt undecim*, ubi corrigendus Galatinus.

V. **מַכְּוֹת** *Makkos*. De quadraginta plagis, quibus cædebantur, qui criminaliter non peccaverant, ut est Deuter. 25. v. 3. quare Doctores ab illis subtraxerint unam, quod jam Apostoli Pauli tempore exercitum fuit, qui scribit, se quinquies ab illis accepisse plagas quadragenas unâ minus, 2 Cor. 11. 24. quæ antiqua cædendi ratio. *Capita ejus tria.*

VI. **שְׂבוּעוֹת** *Schevunos*. De juramentis, qui ad illud idonei, qui non: quomodo jurent quadruplices rerum custodes, nempe, Qui gratis custodit, qui petit custodiam, qui mer-

ratur, quomodo consecretur, quomodo varii casus matrimoniales decidi debeant. *Capita ejus quatuor.*

IV. **גִּטִּין** *Gittin*. De divortiis & libello repudii, quomodo scribi, dari & offerri debeat. *Capita ejus novem.*

V. **נֶדָרִים** *Nedarim*. De votis, quæ obligatoria, aut quæ non: qui vovere possint, qui non. *Capita ejus undecim.*

VI. **נָזִיר** *Nasir*. De naziræis & ipsorum voto, quo se à mundo separabant, & Deo consecrabant, ac quamdiu naziræatus votum durabat, à tribus maximè abstinebant, à tonsura capillorum, à vino & omni quod ex vitibus provenit, à contactu rei immundæ. *Capita ejus sunt novem.*

VII. **סוֹטָה** *Sota*. De muliere declinante, quæ in suspicionem adulteri venit, quomodo maritus zelotypus eam probare debeat, quomodo aquâ amarâ potata fuerit, juxta Legem Numer. 5. *Capita ejus sunt novem.*

Capita omnium horum librorum sunt *septuaginta unum.*

#### IV. SEDER נִיקָן NESIKIN.

Quarta pars, De damnis, continet libros *decem.*

I. **בַּבְּא קָמָא** *Bava kama*, Porta prima. De damnis quæ à bestiis vel ab hominibus alicui inferuntur. *Capita ejus decem.*

II. **בַּבְּא**

## V. SEDER קדשים KODASCHIM.

Quinta pars, de Sanctitatibus, libros continet *undecim*.

I. זבחים *Sevachim*. De sacrificiis, quæ, qualia, quo tempore, quo loco, & à quibus mactari, parari & offerri debebant. *Capita ejus sunt quatuordecim*.

II. חולין *Chulin* vel *Cholin*. De animantibus mundis & immundis, quatenus hominum usibus licita vel illicita sint. Ab immundis & illicitis, quæ *Cholin*, id est, profana vocantur, liber denominatus est. *Capita ejus sunt duodecim*.

III. מנחות *Menachos*. De oblationibus vespertinis. *Capita ejus tredecim*.

IV. בכורות *Bechoros*. De jure primogenitorum in animalibus, quomodo vel offerri vel pecuniâ redimi debebant. *Capita ejus novem*.

V. ערכין *Erachin*. De Æstimatione sive pretio earum rerum, quæ Deo devotæ & promissæ erant. *Capita ejus novem*.

VI. תמורה *Temurah*. De permutatione sacrificiorum, an aliud pro alio substituere & offerre licitum. *Capita ejus septem*.

VII. מעילה *Meilah*. De transgressionibus in usu sacrificiorum. *Capita ejus sex*.

VIII. כרייתום *Kerisus*. De excisione animalium ex seculo futuro, & de peccatis, quæ

R ex-

mercedem custodiae accepit, qui mercede conduxit. *Capita ejus octo*.

VII. עדויות *Edejos*. De testificationibus, id est, de plurimarum controversiarum decisionibus, quæ ex testificatione præstantissimorum aliorum Rabinorum collectæ sunt. Hic liber Gemarâ caret. *Capita ejus octo*.

VIII. הוריות *Horajos*. De documentis ac statutis quibusdam judicum, quomodo ea servanda, quomodo transgressores puniendi. *Capita ejus tria*.

IX. עבודה זרה *Avoda Sara* vel עבודת אלילים *Avodas elilim*, vel עבודת כוכבים *Avodas cochavim*. De idololatria ac vitanda omni conversatione ac societate cum Christianis idololatris. Hic liber in editione Veneta est, at ex Basiliensi editione totus omissus, quia plurima contra Christum & Christianos continet. *Capita ejus quinque*.

X. אבות *Avos*. De patribus Legis, qui Legem oralem inde usque à Mose acceperint, docuerint & propagarint, ubi & insignes ipsorum sententiæ, scitè dicta, apophtegmata & alia pia axiomata recensentur. Vulgò vocatur פרקי אבות *Pirke avos* Capitula Patrum. Et hic liber sine Gemara est. *Capita ejus sunt sex*, ubi corrigendus Galatinus.

Capita omnium horum librorum sunt *septuaginta quatuor*.

V. SE-

III. נגעים *Negaim*. De plaga lepræ, quomodo ab ea pollutio contrahatur. *Capita ejus quatuordecim.*

IV. פרה *Para*. De vacca, id est, de purificatione ab immunditia, à cadavere humano contractâ, quæ fiebat per cineres combustæ vaccæ rufæ, de qua Num. 19. *Capita ejus duodecim.*

V. טהרות *Tahoros*. De purificationibus ab immunditia, quæ aliunde quàm à cadavere hominis contracta esset. *Capita ejus decem.*

VI. מקואות *Mikvaos*. De fossis & conceptaculis aquarum, in quibus utriusque sexus homines lavant & immergunt se, purificationis causâ. *Capita ejus decem.*

VII. נידה *Nidda*. De menstruata muliere, id est, purificatione mulieris à fluxu menstruo, & ab immundicia partus. *Capita ejus decem.*

VIII. מכשירין *Machschim* vel, ut quidam vocant, משקין *Maskin*. De liquidis, id est, quomodo fructus, olera aut alia terræ nascantia, quibus homo vescitur, per affusionem liquidorum polluantur, aut ad pollutionem disponantur. Doctrina hæc fundata in illo Mosis, *Si aqua detur super semen, &c. Lev. 11. 38.* *Maskin* dicuntur Liquida, quasi humectantia, à שקה. Horum septem genera constituunt. Eadem etiam dicuntur מכשירין *Dirigentia*, *disponentia*, quia rem

R 2

diri-

excisionem merentur. Illorum triginta sex ex Lege numerantur. *Capita ejus sunt sex.*

IX. תמיד *Tamid*. De sacrificio jugi, quod fiebat quotidie ex duobus agnis, quorum alter manè, alter vesperi offerebatur. Hic & sequentes duo Gemaram additam non habent. *Capita ejus sex.*

X. מידות *Middos*. De mensuris & dimensionibus Templi. *Capita ejus quinque.*

XI. קנים *Kinnim*. De nidis, id est, pulvis ex nido avium offerendis à pauperibus. *Capita ejus tria*, ubi corrigendus Galatinus.

*Capita omnium horum librorum sunt nonaginta.*

## VI. SEDER טהרות TAHOROS.

Sexta pars, de munditie seu purificatione ac pollutione qualibet, continet libros *duodecim*. Ex his tantum unicus נדה *Gemaram* continet: reliqui undecim sunt sine Gemara. Causa suprâ est exposita.

